



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 76. Circa Ecclesias, & Sacella ruinæ proxima deliberatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

**Sæcul.XVI.** Denique hujus decreti formulæ  
**A.C. 1562.** quens etiam inserebatur conditio, u  
 horum beneficiorum uniones sine posse  
 forum, qui vita adhuc superstites sunt  
 præjudicio fierent.

## §. LXXVI.

*Circa Ecclesiæ, & Sacella ruina  
 proxima deliberatum.*

*Pallav. n. 8.  
 & 9.*

**E**adem quoque habita est ratio in ar-  
 ticulo sequenti, in quo proponebatur  
 remedium pro Parochis vitio aliquo,  
 aut ignorantia laborantibus adhiben-  
 dum: quæ autem circa hunc articulum  
 fuerint decreta, jam supra meminimus  
 insuper, cum animadverterent Patres,  
 quod multa templo, & Sacella, in qui-  
 bus Beneficium aliquod erat erectum,  
 decurso temporis collaborerentur, hinc de-  
 liberabant de transferendis illis bene-  
 ficiis in Ecclesiæ principales, seu in  
 alias magis propinquas: ut autem tam  
 memoria fundatorum, Sanctorumque,  
 quibus ea dicata fuerant, quam ejus ju-  
 ra, qui dominium in ea obtinebat, ser-  
 varentur, ac, si quæ ex his templis col-  
 labentibus essent Paræciæ, quocunque  
 tandem modo reficerentur, præscriptum  
 insuper est, ut post factam translatio-  
 nem loca jam sacra possent quidem in  
 usum profanum converti, sed non in  
 fordī-



fordidum, atque ibi Crux erigeretur, tan- **Sæcul. XVI.**  
quam habitæ illic pietatis vestigium. **A.C. 1562.**

§. LXXVII.

*Decretum circa beneficia in commen-  
dam data.*

Postmodum agebatur de beneficiis *a Pallav. c. 10.*  
Pontifice in commendam datis; *n. 10. & 11.*  
cum enim ea nonnunquam ab omni in-  
feriori jurisdictione immunia essent, ac  
immunitates, quibus fruebantur, in li-  
centiam quandoque converterentur:  
haud leves exinde abusus oriebantur,  
hinc Synodus huic corruptelæ obviatu-  
ra decrevit, ut commendata ejusmodi  
beneficia, sive sacerdotalis, sive etiam Re-  
gularis essent institutionis, ubi discipli-  
næ observantia non vigeret, ab Episco-  
pis quotannis inviserentur, qui eorum  
etiam fructus ad fabricas reparandas,  
aliaque explenda onera converterent:  
si vero in hujusmodi Sacerdotiis flo-  
reret observantia regularis, admonean-  
tur prius paterne ab Episcopis eorum  
moderatores; si autem sexto post ad-  
monitionem mense illi negligenter se-  
gererent, ac disciplinæ dissolutionem  
irrepere permitterent, tunc insit E-  
piscopis facultas, perinde ac ipsi met  
Regularium Moderatoribus, invisendi  
hæc loca, & Religiosos obstringendi, ut  
ea prætarent, ad quæ præstanda pro-  
prii